similius? patria nunquid utriq Scotia fuit? monachum pri,
mo induit uterq, anachoreticam vitam ambo deniq elegerunt,
uterq etiam animarum curam populi conuersionem suscepit. sed
prophetiæ spiritum quis utriq negauerit, Beatus quidem Eusebius
apertè illum habebat. Gallus verò occultè unde enim vox illa
venerabilis senis, hæc requies mea in sæculum sæculi, excidere po
tuisset. unde Beati Columbani mors præuisa prænitaq fuisset,
quid deniq opus erat tam solemni huius loci dedicatione, cum
ieiunio, cum precib, cum lachrimis, nisi quia præuidebat S.
P. quis et quantus hic olim locus esset futurus. præditum
itaq fuisse prophetiæ spiritu minime dubito, sed sub cortice
humilitatis, sub defectu occasionis latebat, iam verò de mar,
tyrii corona ne contendam quidem, quis enim si exantlatos
pro Christi nomine labores, per mare per terras, si feruorē
ti Zelum in seminando Dei verbo, si interritam in con
quassandis idolis, in vita periculis constantiam legat, non
illum alterum Paulum dixerit, ecce simillimus adhuc
uterq. sed ætatem quis forte requirit? ea certe ~~tet~~ si non
par fuit haud sanè multùm distabat. quid multis disputo?
in parente filium, in filio parentem quis non dilucidè videt?
quæ autem te causa impulit fortissime athleta, ut parent,
em imitatus, spretis mundi illecebris, à diuitiis ad pauperi,
em, à libertate ad iugum, ad carcerem, ad claustrum, à de
litiis ad laborem, à vita deniq ad mortem, si tamen mors illa
dicenda est non vita potius, sponte te contuleris? ô te fe,
licem transfugam! ô felix ille tuus è patria domo discessus.